



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

XLIII. Markgraf Ludwig vereignet dem Peter von Mila seine Hebungen aus Holzhausen und Neuendorf bei Seehausen, am 10. Dez. 1345.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

XLII. Markgraf Ludwig verleiht an Harneyd Pozladekin Gebungen aus den Ländereien des wüsten Hofes Loksted bei Salzwedel, am 16. Aug. 1345.

Nouerint etc. Quod nos etc. Intuitis et consideratis meritis et fidelibus obsequiis nobis per strenuum virum harneydum pozladekin dictum exhibitis et adhuc exhibendis fideliter eidem suisque veris et legitimis heredibus Contulimus et presentibus conferimus IIII marcas minus vno fertone reddituum annuorum sitas in censu mansorum aree deserte dicte Loksted prope soltwedel eo iure, vsu, commodo et honore, quibus nobis dicti redditus pertinebant hucusque in antea perpetuis temporibus pacifice et quiete sine impedimento quolibet possidendas. In cuius etc. Testes Buch, mautner, swyker, wolfsteiner, hele, magister coquine, ger. wolf et Loterpek cum ceteris. Datum Berlyn, anno XLV, In crastino asumptionis virginis gloriose.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arnburg Nr. CXCI.

XLIII. Markgraf Ludwig vereignet dem Peter von Myla seine Gebungen aus Holzhausen und Neuendorf bei Seehausen, am 10. Dez. 1345.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. strenuo viro petro de myla, fideli nostro dilecto, fidelium suorum meritorum nobis exhibitorum gracia, de mera mentis nostre liberalitate sanoque nostrorum fidelium consilio prehabito, appropriauimus & appropriare decreuimus per presentes quindecim frusta reddituum annuorum sita in villis holtzhufen & nyendorp prope Sehufen cum omni iure, gracia commodo et honore, quibus dicta quindecim frusta idem petrus a nobis in pheodo tenuit et possedit hucusque, in antea iusto proprietatis titulo ad eundem petrum suosque heredes presentes & futuros perpetuis temporibus pacifice sine inquietacione qualibet pertinenda, renunciantes pro nobis etc. Posterit quoque memoratus petrus sui heredes & successores predictos redditus cuiuscunque persone uoluerint vendere, commutare seu dimittere sub iusto proprietatis titulo ut premititur, quandocunque ipsis videbitur conuenire. In cuius etc. Testes heinricus & guntherus |comites de Swartzborg, hufener, satzenhofer, czenger, trutenberger. Datum Belitz, anno XLV, sabbato post nycolai.

Nach dem Leipz. Copialbuch der Vogtei Havelberg Bl. 33. Nr. LXXXVI.

XLIV. Markgraf Ludwig verleiht dem Ernst von Grabow das oberste Gericht, den Wagen- dienst von 10 Kossäthen im Dorfe Chuden, im Jahre 1345.

Dominus contulit Ernesto de Grabowe iudicium supremum ville theutonicalis Chuden et seruicium curruum super tribus curiis cum V collatis. Testes wolfstein, Swyker, hufener, hele pincerna, cum ceteris. Datum anno M^oCCC^oXLV^o.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arnburg Nr. CLIV.